

MESVE DE SYRVPIS, ET ROBVB

SYLVII. **P**ro acidis, dulcia ventrem magis molliunt, lib.j. sanit. tuen. lubricando: sed hæc comprimendo.

M E S V E.

Succus Myrtinus, vt succus ribes. In summa, omnis syrupus ex succis factus, si absque melle, & saccharo igne, vel sole in crassassetur, rob vocatur.

CHRI. **G**ENERALITER concludendo omnia superscripta robur principaliter conueniunt fluxibus ventris, factis à mala cōplexione calida, seu ab humore cholerico subtili, & acuto excoariente intestina, assumpta per modicum tempus ante cibum cum aquis appropriatis, vel sine, vt superius dictū est: & assumpta post cibum sine aquis similiter conueniunt cuilibet vomitui facto ab eadem causa. Conueniunt etiam fluxui vrine superflua proueniēti a relaxatione, & superflua caliditate renū, & similibus dispositionibus.

SYLVII. **H**uiusmodi succi prope omnes non modo fluore alui sistunt, & dysenteriz conferunt, & vomitui, sed etiam immodicis vrinis, immodico fluori mensium, vomitui, & scaturit sanguinis, intemperaturis calidis hepatis, renum, & aliarum partium.

Succi autem huiusmodi in usu esse desierunt, forte quod ægrius feruntur integri etiam siccati: quorum loco in usu frequentiore sunt syrupi omphacij, oxyacanthæ, ex cydonijs, granatis, acida parte citrorum, de quibus & cæteris syrupis mox dicemus. Æque vero desierunt syrupi Mesue idem pollescentes, de prunis, pomis, pyris, cornis, succo rhois.

DISTINCTIO SEPTIMA

De decoctionibus, & infusionibus.

M E S V E.

Ac sectione septima decoctionum, & infusionum differentias, quomodo in superioribus, ordine describemus.


CHRI. **D**ecoctiones proprię sunt quando aliqua aromata, semina, flores, radices, vel folia, vel quidquid aliud cuiuscūque generis sit, decoquitur in aqua simplici, vel in aquis destillatis vna, vel pluribus, in vino, vel in quocunque alio liquore, vnde virtus illarum rerum acquiritur, & assumitur in prædictis aquis, in quibus decoquuntur. demum talis decoctio colatur cum forti expressione quandoque, & quandoque sine, secundum exigentiam, & quandoque multum decoquitur ad ignem, & quandoque parum. Et liquor qui accipitur taliter, decoctio vocatur. Infusio autem est, quando aliquæ res medicinales infunduntur, seu ponuntur puluerizatae contusæ, vel solidæ, in aqua, vel vino, vel aliquo liquore absque vlla decoctione, & in illo tenentur, vel remanent per aliquod tempus. Colligitur tamen cum expressione, vel sine secundum quod quærimus maiorem, vel minorem virtutem remanere in aliquo liquore, & sic talis liquor sic præparatus, & colatus nominatur infusio. Et hoc notandum, quod in decoctionibus plus remanet de virtute in liquore, quam in infusionibus. Sed nos sæpe post infusionem alicuius simplicis medicinae, vt agarici (gratia exempli) damus etiam aliquam leuem decoctionem, vt virtus eius melius, & fortius assumatur. & remanet in liquore, in quo decoquitur agaricus, vel alia res consimilis, vt rhabarbarum, vel turbith.

Decoctiones huiusmodi multum sunt viles, & ego vsus eis multoties, multum profeci: quas tamen compono ad libitum, secundum intentiones occurrentes.

Apozema, id est, seruicium, & decoctum, fit ex plantarum partibus, præcipue radicibus, folijs, stiracibus, floribus, fructibus, seminibus, corticibus, lignis, interdum etiam succis, raro ex liquoribus, gummis, resinis, raro item ex animalium partibus, rarissime ex terreis, & metallicis corporib. Coquuntur autem hæc, nunc ex aqua, tum simplici, qualis fontana, pluuia: tum medicamentosa, qualis ex plantis destillata, marina, salsa, sulphurea, aluminosa, bituminosa: nunc ex alio humore, vt lixiuo, vino, aceto, lacte, sero, vel quouis: in quem tamen hæc medicamenta vires suas deponant, & humoris illius facultatem aliquid assumant, quamuis magna parte absoluta coctione exprimantur, ac mox ceu inutilia abijciantur. Exprimuntur autem horum quedam valenter, alia elementer, alia ne tantillum quidem, pro rerum cocturam, & humoris, in quo incocta sunt natura, & vario medici scopo, vt interim taceam colorum differentias, & coctionum, & cocturam. Quæ enim liquida malum, & parum valentia, parum diu cocta, non confusa, colore densa, nulla aut minima expressione excipimus. Contra vero, quæ crassa glutinosa appetimus, diu cocta, probe confusa propemodum tota per colum rarum, vel transmittimus, vel exprimimus. Coquuntur quoque nonnulla multum, alia parum, alia mediocriter, non modo ob coquendorum naturam, vt in libro secundo de præparatione medicamentorum ad pharmacopoeos scribimus, sed ob medicamenti constituendi formam, & indicationes varias. Infunduntur, seu macerantur eadem humore simili, sed fere calfacio cineribus calidis, vel sole, vt medicamenti vires promptius, & valentius trahant: quamquam infusio imbecillius eas ad se allicit, quam coctio. ob id diutius fit, sæpe leui coctione absolvitur. Infusio item colatur: sine expressione quidem imbecilliora sunt, sed tenuiora, & iucundiora: cum expressione autem valentiora, contra.

Plantarum & earum partium, interdum succi, interdum stillatitiae aqua sunt ex usu: aliquando decoctis aliquando dilutis, quæ vocantur infusa, vt præstat. Nam quæ astringente facultate valent, illius, earum rerum facultatis: vniuersim parum retinet stillatitij liquores: quod destillatione parum admodum terrenarum partium in halitus dissoluitur, atque in sublime fertur, quibus vis insidet astringendi: quare quacunque diligentia destillantur astringentia, acerbæ, acida, austera, immo & salsa, atque amara, eorum stillatitij liquores illius saporis vix aliquid retinent, densa gramine, ac terrena substantia illorum saporum causa non sublata vi ignis. non ita ærium liquor, vt qui plurimum habet ignei, ac substantia tenuitate præstat. nisi ea forte acrimonia crudo succo multo diluatur, vt in raphano, & rapa. Itaque in terrenarum eiusmodi rerum usu succi maxime deligendi sunt, vt qui vniuersam earum rerum naturam cum expressa intima substantia referant. quod si succi non sit copia, tunc decoctum maxime ex usu est futurum. in quo assidua planeque valida caloris in profundissimas usque partes penetratione, atque actione, decoctionum rerum substantia eliquatur, & sapor earum omnis, ac facultas, non secus, ac sapor, & vis carniū foras in ius extrahitur. At si laxiori, tenuiori ve res censetur substantia, aut si in superficie sitas habeant vires, tunc infundere præstat, quam decoquere. aut si coquendum sit, leui prorsus, atque moderato igne agendum est, ne earum cum substantia vires dissipentur. Sed quæ seruanda sint in hoc genere coctionis, quæ particulatim elixatio est; immo etiam quem usum elixatio præbeat, quod à nobis in librum Canonum conscriptum, nescio quomodo à Typographo omissum est, damus hoc loco breui schemate ita comprehensum.

V. J. J.



DISTINCT. SEPTIMA.

Illius quod coquendum est, quod priusquam coquatur statuedum an sit ex usu	contundere terere incidere	obser- uatis eius	substantia qualitatibus & viribus, quibus hæc	quibus hæc intense, in profun- do posita,	crassa densa dura	contundenda, te- renda, incidenda sunt, ut caloris in ea vis facilius permeet.
Illius in quo fit elixatio	liquoris, qui va- riat	genere. interdum enim est	aqua	potabilis fontana, fluminalis, putealis, cisterna, plu- uia.	medicamentosa, salsa, thermalis variorum generum.	Contra agendum in contrariis.
Ad exa- ctam eli- xatione habenda est ratio	vasis, cu- ius va- riat	materia. quandoque opus est	aureo argenteo aereo. hoc vitandum est ubi acetum sumi- tur, quod eius immutat saporẽ.	sine operculo co- qui debent, ut que tetri odoris sunt quem præ- stat expirare.	plumbeo vitreo testaceo lapideo	cũ operculo, odo- rata omnia.
Ignis, licet enim quæ- dam sole, calce, ac fi- mo coquantur; ea ta- men fermentatio po- tius est quã elixatio. Ignis ergo ex varia materia paratur, ex	numeros. quãdã enim in duplici vase coquantur, ut oleũ rosaceũ, & alia multa. ampli quẽdã amplo egent vase, ut q̃ tetri sunt odore, quẽ rectẽ est distilli. tudo. quẽdã angustulo. quorum servari odorem, & vires oportet.	duriori. hoc egent duriori, & densiori substantia prædita, & quorum vis altẽ sita sit.	carbore	molliori. qui molli, & laxa substantia, & quorum vires in su- perficie sunt, & quorum facultatem ignis acrior exoluit.	lignis	his egent mollia, tenuia, & imbecillia.
Modi eli- xandi.	semel tantum. quorum una vis foras est extrahenda.	bis aut sepius novo affuso liquore. quorum	vires aliquas imminuere, vel abolere animus est. sic ariva- dicem ter coquimus ad deponendam acrimoniam.	celeriter, excitata flama, ubi res sordib⁹ expur- gãdã. ut. n. attollatur spuma, flama est opus.	vires contrarias separare intendimus: sic subductoria vis lætis coctione prima in primũ ius excipitur, astringẽte vi relicta in secũda. Cauere hic oportet, ne nou⁹ liquor affundatur fri- gidus. ne astringẽtis frigore meatibus, medicamẽti caloris vis minus interiores partes permeet, & non aquẽ concoquat.	sensim, ubi nihil est sor- dium ac spuma.
Temporis.	Certum & præfinitũ tẽpus elixationis est, ubi medica- mentũ finem suum fuerit assequutũ, quem exquirim⁹.	in substantia cõsistentia qualitatibus omnibus. Vnde quẽdã coquuntur ad dimidias, ad tertias, ad quartas.	substantia, ut ova, ostrea & id ge- nus alia, quẽ duriora sunt.	Qualitatibus, ut mel quod è sapo- re suo degenerat. & omnium ferẽ odorem minuitur.	Quẽdã rursus coctione diuturna deteriora fiũt in- ferẽ odorem minuitur.	Ordinis. Vbi simul coquenda. prius enim injicienda, quẽ difficilius coquuntur, & coctionem multam sustinent. quare dura, crassa, densa, lenta, quẽ in profundo sitas vires habent, ijs prius injicienda sunt, quẽ contrario modo se habent.

MESVE.

A

MESVE.



POZEMA adianti albi sanguinē à mistis ipsi putribus materijs purgat, clarumque reddit, ardoremque ipsius, ac bilis flauæ cōpescit. Adianti albi vnciā vnam, & dimidiam, fumarie vnc. vñā, lupi salictarij, violarum siccarum, ana drachm. octo, pruna quadraginta, zizypha viginti, coque lib. tribus aquæ igni lento ad duarum librarum consumptionem. tunc adde casie fistulæ purgatæ vnc. tres, tamar Indorum vncias duas, manne vnciam vnam, rhabarbari boni drachm. tres: frica manibus, & cola. Datur mane. Interdum loco aquæ coquantur hæc in feri lactis caprini libris [†] quatuor.

† tribus.

CHRI. **H**ic ponuntur multæ decoctiones, & diuersæ, quæ omnes habent aliquam virtutem solutiua, lenitiua, ac etiam compressiuam, ac etiam ex eis aliquæ habent virtutem solutiua solum modo, vel lenitiua: non sunt tamen illæ decoctiones omnes, quibus medicina solutiua, & aliæ generaliter distemperentur, secundum quod inferius declarabo: possumus tamen vti magistraliter præsentibus decoctionibus in quibusdam casibus, non tamen multum reseruando eas decoctiones: quia vt plurimum post triduum corrumpuntur, & alterantur, & multoties in tempore calido. Vnde est necessitas in nouationis earum. Et licet ista prima decoctio non sit in vsu, habet tamen clarificare sanguinem mundificando, leniendo, & comprimendo cholera tūbeam. Et dosis eius est de mane vacuo stomacho vsque ad vnc. vj. & modus constructionis est in litera.

SYLVII. **H**ORVM apozematum multa aluum subducunt, quædam leniendo, alia comprimendo, sunt etiam quæ attrahendo. Ob id autem quod parum sunt iucunda propter crassitiam, & nigrorem, quodque parum diu, vt ad triduum, seruari possunt, præsertim aere calido, parari hæc desierunt. Coquantur autem nunc frequenter sine casia, & tamar Indis, & id genus alijs. Huius dari possunt vnciæ sex.

COST. **A**POZEMA adianti albi. *Quæ in parandis decoctis sint obseruanda, alibi abinde explicauimus. Quamobrem simplicia quorum hic meminit, non simul liquori, vt coquantur tradenda sunt. sed ne à recta methodo recedas, ante omnia pruna, Zizyphaq; in aqua, aut sero præscripti ponderis incoquenda: tum vbi molliora coquendo enaserint, atque ex tribus liquoris libris paulo plus vna superest, tunc fumaria, moxque lupuli, & adiantum addenda, & paulisper cum reliquis coquenda, vt tertia pars liquoris sit superstes. Percolandum tunc (mea sententia) licet scriptor sileat, dissoluendaque casia purgatoria, tamarindi, manna, ac rhabarbarum in tenuem puluerem redactum (vt puto) quæ omnia vbi manibus tractaris, & expresseris seruandum est, quod exprimitur propinandum vice purgantis medicinali in tres fere partes dispartitum.*



QVA fructuum sanguinis, & bilis flauæ feruorem reprimat, sanguinē clarum facit, bilem clementer educit, pruna. [†] xl. myxa, zizypha, ana xxx. ta. [†] mar Indorum vnc. [†] ij. casie fistulæ vnc. [†] iij. man. [†] iij. næ vncia vna. Fiat vt diximus.

Hæc esset magni precij ob mannam: nostri aro. **MAN.** matarij præparant absque ea & casia.

PROXIMUM hoc superiori est, vt materia, sic viribus. **EST SYLVII.** tamen illud ob rhabarbarum, fumariam, adiantum paulo purgantius.

AQVA fructuum. Siue hic quadraginta, siue **COST.** sexaginta sumas pruna, vt in aliquibus codicibus legitur, non multi interest. sunt enim hæc superioris exemplo, ad cuius imitationem nos hic authorrefert, in tribus aquæ aut caprini feri libris, simul cum myxis incoquenda, vt vna tantum decocti supersit libra. Neque vero, (in quo laborare quosdam video) coqui iubet tamarindos: sed tantum decocto iniubarum, & primorum commisceri cum casia purgatrice, & manna. quæ omnia commiscendo caloris vi (neque enim miscebitur ijs manna sine calore) tertiam illam prompte acquirunt facultatem, quam expetimus.

MESVE.



NEXTVM aquæ casei, bilem flauam clementer educendo, sanguinem purgat. Recipit foliorum rosarum recetium completarum vncias duas, rhabarbari boni [†] aureum vnum, & dimidium, [†] spicæ [†] drachm. j. & dimidiam: rhabarbarum, & rosæ parum terantur, & macerentur per noctem in feri lactis, præsertim caprini, lib. ij. cola, propina. penuria rosarum recentium fit interdum ex siccis.

CHRI. **M**ODVS infusionis aquæ casei, idest feri caprini. Ista infusio multum vsitatur à medicis practicis, quando de sero tempore veris sereno aere infunduntur in ea rosæ, lupuli, fumus terræ, vel aliæ res sanguinem purificantes, seu rectificantes, & remittentes in suo calore superflue: demum de mane colantur, & sic talis colatura sub actuali caliditate assumitur, & quando cum eis non ponitur alia medicina solutina à prædictis, potest assumi pluribus diebus continuis loco syrupi digestiui, vsque ad vnc. viij. Infunditur autem, & sæpe rhabarbarum in ipsa aqua lactis de sero vsque ad drach. iij. cum grano vno spicæ: demum de mane colatur, & de illa colatura assumitur vsque ad vnc. vj. & sufficit solum semel de ista infusione assumere: quia est solutiua materiei cholericæ, & ideo est adhibenda diligentia, sicut de alijs medicinis solutiuis. Et hic nota, quod semper spica est ponenda cum rhabarbaro, quia velocitat eius operationem. Et nota, quod aqua lactis assumpta de mane absque alterius rei assumptione mundificat sanguinem ipsum versus frigidum alterando, posita tamen de nocte versus serenum aerem, & est multum conueniens iuuenibus, & pueris, & sic habetur in vsu.

Hæc

MESVE DE SYRVPIS, ET ROBVB

MAN. **H**æc est nobilis, & ea sum vsus plerunque, præcipue tempore rosarum, amota tamen spica, ceu non necessaria, & gustui insuauis.

SYLVII. **S**ERVVM lactis per se sumptum, sanguinem reddit puriorem, & frigidior, quod acrimonia sua subducit alium. id multo efficacius præstat maceratis in ipso per noctem rosas, lupulo, fumaria: sumique tunc potest vere singulis tribus, aut quatuor matutinis ab vnc. vj. ad vnc. viij. Si autem rhabarbarum simul infuderis, pondere sufficienti, ut ad drach. ij. aut iij. cum pauca spica, vel schœnantho actionem celerante, semel sumplisse sufficit. Spicam ceu non necessariam, & ingratam tulit Manardus.

COST. **I**NFVSVM aquæ casei. Hic rhabarbarum teri crasse iubet, quum tamen tenuius redditum valentius purget. Sed diutina per noctem maceratione sperat id ipsum assequi. Tu loco contritionis, qua evanescent tenuiores partes, quarum præsertim est vis purgandi, minutim incidas. idē (ut puto) efficacius reddes. Quod autem rosas etiam siccas cedere in recentium locum scribat, quando in hisce aridis astringendi vim maxime excellere constat, vix concederem, nisi rosas quoque aridas sero infusas expurgare quandoque observassem. id quod fortasse compressoria facultati, que remanet sero adiuta erit tribuendum. Verum licet in sua versione ita habeat Sylvius, in veteri tamen legitur in recentium rosarum penuria infusum, sine ipsis, id est, ex solo rhabarbaro parari.

MESVE.

INFVSVM succi herbarum idem potens quod præcedens. Recipit succorum intybi, lupi, buglossi, purgatorum, ana vnc. viij. in quibus macera corticum myrobalani flauæ vnciā j. rhabarbari boni drachmas tres, tamar Indorum vnciam vnā, & dimidiam, cassiæ fistulæ vnc. iij. Fiat vt supra.

COST. **I**NFVSVM succi herbarum. Eiusdem hoc cum præcedenti est vsus, sed potentius: propterea que nō semel totum, vt superius assumendum: sed in quaternas quinasque portiones partiendum.

MESVE.

DE COCTVM fumariæ sanguinē, bile flaua, & adustis humoribus purgat, mundumque reddit: hepatis obstructionem aperit, ac inde natum icterū sanat. Recipit succi cichorii, intybi, lupi, buglossi, ana vnc. iij. succi fumariæ † vnc. j. & dimidiā, quibus coctis, & purgatis, adde myrobalanorum flauarum, & Indarum, ana drachmas duas, passarum purgatarum tritarum vnciam vnā, tamar Indorum vnc. tres. Fiat syrupus, vt diximus.

CHRI. **D**E COCTIO fumiterræ non est in vsu, licet aliqui assumant succum eius in pondere, vnc. iij. pluribus diebus continuis, est tamen displicibilis valde, sed est utilis ad sanguinem mundificandum ab eius acuitate: vnde confert scabiosis.

MAN. **S**ucci altara facon.) Troxuma Græci, vulgo scariolam dicunt.

SYLVII. **S**YRVPIS fumariæ prædictus in vsu est huius loco, vt syrupus thymi, storachados, eupatorii, epithymi loco decocti eorum mox describendi.

DE COCTVM fumariæ. Quum decoctum hoc, cum reliquorum succorum mensuram putandum est, quare, quum succi eorum singulorum quaternæ vnciæ sumantur, vt fumariæ plus sumatur verisimile est. legendum ergo cum veteribus quibusdam codicibus videtur succi fumariæ vncias octo, vt pertingat ad libras duas pondus succorum vniuersum. hos vero succos vbi ad tertias exemplo decocti ex adianto, & sequentis ex thymo decoxeris, atque expurgaris, supererunt vix vnciæ octo. quibus myrobalani ad drachmas quatuor, & tamarindi ad vncias tres fusi, & post leuē feruorem expressi, medicamentum reddent consistentia liquoris ad bibendum apti.

MESVE.

DE COCTVM thymi phlegmagogum, ob id senibus, aliter & pituitosis salubre, venterculum firmat, coctionem iuuat, flatus a visceribus, & hypochondriis dissoluit. Recipit thymi, cassiæ, hyssopi, ana vnciam vnā, passarum purgatarum † drachm. xx. cepularum, emblicarum, ana vnc. j. turbith, drachm. iij. storachados, polypodij, ana drachm. v. eupatorii, absinthij, anisi, dauci, ana drachm. iij. radicū apij, foxniculi, ana drach. vij. Coque omnia in † libris tribus aquæ ad librarum duarum consumptionem. cola, adde colato turbith, agarici ana drachm. j. zingiberis † drachm. s. macerari noctem sine. postidic cola, & vtere.

PASSVLARVM enucleatarum drachm. xx. (Lege drachm. iij. Caue ne in Dauco decipiaris ab aromataris.)

TH Y M I. Cur hic passarum vuarum drachmæ viginti non sint potius assumendæ, quam quatuor, nō video. adduntur illa profecto, vt leniente sua vi affectionem adiuent, quam ex purgatorijs medicamentis expectamus. præstare etiam venterculo, iecori, thoraci, atque ad mitigandum horridum medicamenti saporem, non paruum vsu potest. Sed & purgantium hic simplicium mensura non exigua est, quando vncias fere tres excedunt. Liquor etiam, qui trium est librarum, ferre eam mensuram potest, quare cum vetustis codicibus, viginti passiarum drachmas, lego cum Manardo quatuor.

MESVE.

DE COCTVM myrobalanorum bilem vtramque, & pituitam purgans. Recipit myrobalanorum flauarum, cepularum, Indarum, ana vnc. j. tamar Indorum vnciam vnā, & dimidiam, fumariæ drach. vij. absinthij drach. ij. pruna trīginta,

ginta, passarum purgatarum vnc. j. coque in lib. iij. aquæ ad duarum librarum consumptionem, reliquæ libræ dimidiæ, vel circiter adde casia vncias duas, cum imbecillum voles medicamentum: cum autem valentius, casia fistulæ vnc. j. turbith, agarici, ana drachm. dimid. Præstantius fiet, si cū aqua casei coquantur.

MANA. **H**Ac nunquam sum vsus, eam tamen puto fore vtilem, si quis ea vsus fuerit, sicuti, & ea, quæ de stœchade scribitur.

COST. **M**YROBALANORVM. Addendum hic, si agaricum, & turbithum adiunxeris, vt macerari per noctem sinas, & postmodum percoles, tunc vero eodem quoque exemplo non est prætermittendum Zingiber, quo eorum vitia corriguntur.

M E S V E.

DE COCTVM stœchados confert pituitosis affectibus, vt febribus quotidianis, iuncturarum, & nervorum dolori, & frigida intemperiei. Recipit stœchados, origani, ana drach. iij. seminis apij, fœniculi, eupatorii, ana drach. iij. schœnanthi, hyssopi, ana drachmas duas, passarum purgatarum drach. viij. turbith albi arundinacci drach. iij. coque, & vtere.

COST. **S**TœCHADOS. Stœchade, origano, ac reliquis, quæ hic sumuntur, non modo turbith noxia castigari vis potest, sed etiam utilis adiuvari, vt ex articulis, altiusque sitis nervosis partibus, & pituitosis febribus, inutiles succos cum earum partium robore educat.

M E S V E.

DE COCTVM eupatorii hepatis, & lienis obstructionem, & inde nascentes dolores, & febres compositas iuuat. Rec. eupatorii, absinthij, asari, spicæ adianti albi, cyperi, rhabarbari, fumarie, spinæ albæ, Aegyptiæ, ana drach. iij. cepularum, Indarum, ana drach. viij. passarum purgatarum vnc. j. coque, & vtere.

† alij Cyperi
idest florum
ligustri.
† bodegnar.
† succia.

MAN. **C**YPRVS scilicet, quam Arabes Alchannā vocant, plantæ videlicet, quæ ligustrum florem gignit: mul ti caurosini vocant. Ego tamen puto potius legendum Cyperi.

COST. **E**UPATORII. Coquenda hæc, vt superiora quoque, sequentia in sero lactis, nullo modo autem cyprus, seu ligustrum astri: tunc facultatis hic sumendum.

M E S V E.

DE COCTVM epithymi atram bilem vacuat, ob id affectibus melancholicis, vt cancro, elephantia si, & cæteris confert. Recipit autem myrobalanorum Indarum, stœchados, epithymi, passarum purgatarum, ana vnciam vnā, cepularum, fu-

marie, ana drachmas quatuor, folliculorum fenæ drachmas octo, polypodij † drac. vij. turbith drach. iij. eupatorii drach. v. omnia præter epithymum coquantur in aquæ casei libris tribus; ad duarum librarum consumptionem, tunc adde epithymum, & semel feruefac; cola, frica in eo hellebore nigri drach. j. agarici, drachm. dimidiam, salis Indi aureum vnum, vtere.

† drach. vi.

HAE c efficax in morbo gallico vocato: valet enim, MAN. & vlcibus, & doloribus.

Vtile in morbo Hispano, & ab eo vlcibus, & doloribus. SYLV.

EPITHYMI. Est sane, vt ex huius medicamenti vsu sperent plurimum, qui elephantia si, morbisque ex atra bile, ac melancholico humore laborāt. Sed quæ mensura sumendum sit, quum non explicet, si tu quod si perest post coctionem (est autem fere decocti libra) propines, puto in moderato corpore satisfacturum. Quod si paulo largior medicamenti mensura videatur, at meminisse oportet, crassiores humores, quales melancholici sunt, non vix valenti medicamento euocari.

COST.

M E S V E.

NEVSVM hieræ ventriculum, & caput purgat, proinde amborum doloribus etiam assiduus, & hemicrania confert, ac febribus antiquis. Recipit † hieræ, & aloes, ana drachm. v. macera decocto eupatorii prædicto ad lib. j. in vase vitreo insola dies duodecim, aut plures: da singulis matutinis vnciam vnā, plus minus vti opus erit.

Al-hieram
aloe bona
vnc. v.

NO TABIS, quod per hieram intelligit hieram simplicem, quæ descripsit superius: & per decoctionem de eupatorio intellige hic descriptam immediate.

CHR.

PVLVIS hieræ pieræ Galeni intelligatur, cui aloem præterea addit quæ ratione Galenus aloes interdum drachmas centum, & centum, ac viginti, singulorum aliorum drachmas sex addebat, vt valentior esset. Id infusum antiquatis affectibus aliter, atque aliter pro vario scopo factum est vtilius, quam aquæ balnearum naturalis potest. Decoctum autem commune Italici, & Lugdunensibus est ex partibus æqualibus anisi, Fœniculi, passarum, glycyrrhizæ, myxorum, zyziphorum enucleatorum, adianti albi, prunorum, hordei mundi, quo medicamenta purgantia leniendo, comprimendo, attrahendo dissoluant, præsertim cælo, & morbo frigido. Calido autem utroque, dissoluantur potius decocto partium æqualium passarum, glycyrrhizæ, violarum, hordei, prunorum enucleatorum seminum communium frigidorum purgatorum, in aqua simplici. In affectibus vero capitis frigidioribus priori decocto etiam stœchadem, vel maioranam, vel nucem moschatam addimus: thoracis autem hyssopum, dactylos, tragacanthum, vel adiantum augemus: ventriculi, cinnamomum, mentam, absinthium, mastichen: hepatis eupatorium, absinthium: lienis, tamaricem, cappares, asplenium: renum, & vesicæ, radices quinque vreticas, vel semina communia frigida, si calidus est affectus: & in alijs partibus similiter ea miscemus decocto, quæ proprietate, & particulari respectu eas iuuare sunt comprobata, delectis tamen semper his, quæ gustatu sunt gratiora. Loco horum decoctorum medicamenta sepe cum festinandum est, dissoluantur aquis destillatis fœniculis, maioranæ, chamæpitios, salug. vini in frigidis cerebri, & nervosarum partium affectibus: aqua fœniculi, mentæ, absinthij: ventriculi, aqua absinthij, fumarie, eupatorii, hepatis: aqua cichorii, intybi, & similia in calidis hepa-

SYLV.

Mesue.

C c tis

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

is affectu aspleiij, tamaricis, capparum, lienis: aqua hyssopi, prafij, scabiofa, verbenæ, thoracis, & pulmonis: aqua meliffæ, boraginis, bugloffi, rofarum, cordis. Decoctum item radicum quinque vreticorum elignatarum, & eicorum rubrorum, faccharatum, aut mellitum, hepatis, lienis, renum, vesicæ obstructions potenter aperit, status dissipat, pituitam, & humorem melancholicum incidit, & renuat. Aqua hordei bilis acrimoniam obtundit, obstructa aperit, si dorem mouet, & vrinas, si calida bibatur: aluum lenit, si tum sedat, somnum conciliat, si frigida.

COST. **H**IERAE primum. *Qui incumde curant non dant bibendam aloen, quare, si postquam eupatorij decocto hieram atque aloen infuderis, tantisper, id infusionis solis radijs exponas, vt euanescat humor, deuorari pari vsu minori cum molestia hoc ipsum poterit medicamentum, quam si potui sumeretur.*

M E S V E.



Alhieræ ex aloen.

NEVSVVM aliud hieræ purgans humorem crassum, & melancholicum, ob id affectibus cerebri melancholicis salubre. Recipit hieræ, & aloes, ana drachm. v. macera libram vnam, decocti epithymi ante descripti, vt ere, vt priore.

MAN. **H**is infusionibus de hiera multoties sum vsus in antiquis affectionibus, & ex eis maius iuuamentum conieci sunt patientes, quam ex potu aquarum spontanearum, quas balnea vocant: sed, quod etiam alia pagina monui, modo moneo, prout scilicet in re ægrotantium esse putabam, eas parari iussi.

COST. **H**IERAE secundum. *Hoc strenue melancholicis quoque affectibus proderit, non ob aloen, quæ tenues tantum, biliososque, ac serosos ducere humores ipso te sua solet, sed ob epithymi decoctum superius descriptum, longe ad hanc rem valentissimum.*

M E S V E.



Lib. i.

NEVSVVM tertium hieræ phlegmagogum, in aquæ decoctionis thymi libris duabus.

CHRI. **N**OTANDVM vtiliter pro his, qui volunt magistraliter vti prædictis decoctionibus, seu infusionibus solutiuis, & lenitiuis, licet rarissime, sint in vsu. oportet, vt habeatur debita notitia dosis cuiuslibet eorum, quæ euacuât resolutiue, & compressiue, quæ ingrediuntur earum compositionem, & sunt illæ, quarum complexionis, & doses principaliter describuntur hin inferius. Primo capillus vener. est satis temperatæ complexionis, attinent tamen alicui caliditati, & siccitati versus primum gradum, sed dum est recens, in ipso est aliqualis humiditas, leuissime soluit cholera, & phlegma, & humores crassos. Et dosis eius in decoctione eius cum aqua est circiter lib. j. vt dictum est de mane. Fumusterre est frigida complexionis in primo cum aliquali caliditate in superficie foliorum eius, & est sicca complexionis versus secundum, solutione facili educit cholera, & humores adustos. Et dosis eius in succo est usque ad vnc. iij. in decoctione vero ab vnc. ij. vsque ad v.

Capil. vener.

Fumusterre.

E Lupuli sunt de specie volubilis, & sunt frigidi versus primum, & sicci, virtutem habent lenissimam solutiua cholera citrinæ. Et dosis in infusione est circa libram j. Violæ sunt frigida, & humi. in primo, dum sunt recentes: exiccata vero sunt minoris frigiditatis, & humiditatis, leuiter leniendo euacuât cholera, & earum dosis in decoctione est ab vnc. v. vsque ad x. Pruna matura sunt frigida complexio nis versus primum: tamen propter eorum dulcedinem attinent alicui caliditati, & sunt humida complexionis in secundo, leuiter comprimendo educunt cholera. Et dosis in decoctione est circiter lib. j. Cassia fistula est calida complexionis versus primum, & humida in ipso: leniendo educit cholera, & phlegma: quæ multum habetur in vsu etiam per se solam, & dosis eius est vsque ad vnc. duas, colata vero cum aliqua decoctione, & diligenter expressa. Tamarindi sunt frigida complexionis, & sicca versus secundum: leuiter comprimendo cholera educunt: & eorum dosis est ab vnc. ij. vsque ad v. quando in infusione assumerentur. Manna, & siracost sunt species manna, calida, & humi. complexionis versus primum: leuiter leniendo educunt cholera: & dosis cuiuslibet earum est vsque ad vnc. iij. colata cum decoctione conuenienti, vel aqua, & expressa, vt dictum est de casia, & hodiernis temporibus est plus in vsu, quam casia propter eius delectationem. Siracost autem non portatur ad partes nostras, sed solum modo manna est in copia magna. Aqua lactis scilicet caprini est illa, quæ communiter habetur in vsu: & est frigida, & humida complexionis versus primum: est tamen cum nitrositate quadam, qua mediante leuiter soluit cholera citrinam, & humores adustos. Et dosis eius tempore veris, vel aestatis est cyathus vnus. Rhabarbarum est calida, & sicca complexionis in secundo, soluit principaliter cholera, & subsequenter phlegma. Et dosis eius in puluere ad drach. j. vsque ad vnam, & semissem. In infusione vero a drach. ij. vsque ad drachm. iij. & non prætermittatur, quin secum ponatur id modicum spica, aut schænanthi, quia est eius correctiuum, & eius velocitat operationem. Et nota, quod drachm. j. thabarbari assumpta de mane cum vnc. ij. aquæ graminis, vel absinthij, & cum grano spica mirifice interficit vermes, potest etiam in minori dosi pueris exhiberi, & confert fluxibus ventris, vt superius dictum est. Eupatorium est calida complexionis in primo, & sicca in secundo, leniter soluit cholera, & phlegma. Et dosis eius est in puluere ab vnc. ij. vsque ad iij. in decoctione vero vsque ad vnc. vj. Epithymum est calida, & sicca complexionis in secundo: leuiter soluit melancholiam. Et dosis eius est a drach. iij. vsque ad drach. vj. In decoctione a drach. v. vsque ad x. & non patitur longam decoctionem. Myrobalanorum autem species, & aloes, complexionis, & virtutes, doses, & operationes, dictæ sunt superius. Dosis autem hieræ Galen. in infusione in aqua feniculi, vel absinthij rarissime est in vsu ad drach. j. vsque ad iij. in puluere autem assumpta dosis eius est a drach. j. vsque ad drach. j. s. vacuo stomacho de mane, vel de sero ad bene placitum. Vltimo nota, quod prædictæ infusiones, & decoctiones debent fieri in aqua simplici, vel vino, vel aquis destillatis conuenientibus dispositioni curandæ; denum colari, & expri-

Lupuli.

Viola.

Pruna.

Cassia fist.

Tamarindi.

Manna.

Aqua lactis.

Rhabarb.

Mirabilis cordia verna.

Eupatori.

Myrobal.

exprimi, uel non exprimi secundum exigentiam, ut virtus illarum rerum fortius, & remissius in tali decoctione, uel aqua remaneat. Quantum autem de aqua pro decoctione fienda sit assumendum, & quanto tempore res in infusione, uel decoctione permaneant, & quantum de tali decoctione sit assumendum in peritia medici relinquo licet etiam particulatim superius sint declarata. Ultra predictas decoctiones, & infusiones positas ab auctore, sunt aliae descriptiones decoctionum, quae communiter habentur in usu multo plus, quam aliqua predictarum, & principaliter est decoctio communis sic absolute prolata, cum qua generaliter omnes medicinae solutivae, lenitivae, & compressivae ubique per totam Italiam distemperantur, & sunt, cuius haec est descriptio. Rec. anisi, feniculi, passularum, liquiritiae, iuiubarum sine nucleis, capil. ven. prunorum, hordei mundi, sebesten, quando reperiuntur, ana partes aequales. In quibusdam partibus aromatarij docti cum Medicus dicit, praepara hanc medicinam cum decoctione, subito eligunt predictam decoctionem. Et quia alicui caliditati plus attinet, quam frigiditati, ut sic esset plus conueniens in aegritudinibus frigidis, & tempore frigido, quam in aegritudinibus calidis, & in tempore calido, simplicia ingredientia sunt superius declarata. Est & alia decoctio communis frigida, quae securius exhibetur in passionibus calidis, & in tempore calido, quam supradicta, cum qua etiam distemperatur medicinae, sicut, & cum supradicta: Cuius haec est descriptio. Rec. passularum, liqui. iuiubarum, violarum mundatarum, hordei, prunorum sine nucleis, sebesten, minimum communium frigidorum mundatorum, ana partes aequales, aquae simplicis quantum sufficit. Haec decoctio acute febrientibus, & alijs passionibus calidis in tempore multum calido est in usu ad distemperandas medicinas, quae in illis temporibus dantur. Et aromatarij intelligunt hanc descriptionem, id est decoctionem, cum medicus dicit, distemperetur cum decoctione communi recenti, & istae duae descriptiones sunt valde famosae, & ab omnibus generaliter usitatae. Notandum maxime pro predictis, quod etiam medicinae aliquae solutivae quandoque distemperantur cum una istarum decoctionum, ad illam addendo quaedam simplicia secundum exigentiam aegritudinis curandae, & diuersitatis membri, in quo est aegritudo: verbi gratia, si fuerit aegritudo calida, uel frigida solum in capite, addimus tunc predictae decoctioni aliquid storchados, quod est temperatae complexionis; uel aliquid de sampso, qui est calidae, & siccae complexionis versus tertium: uel de nuce muscata, quae plus attinet caliditati, quam storchas. Simili modo addimus in passionibus pectoris predictae decoctioni communi, quandoque de hyssopo, uel de dactylis, uel tragacantho, ponimus aliquantulum plus de capil. ven. & de hordeo mundo, & similibus. In passionibus stomachi, addimus quandoque, uel de cinnamomo, uel de absinthio, uel de menta, uel pauca grana masticeis. In passionibus autem hepatis, &c. quandoque addimus de eupatorio, de endiuia, uel de seminibus eius, & in passionibus splenis addimus de tamarisco, uel scolopendria, & in passionibus renum, & vesicae quandoque addimus aliquid de quinque radicibus, uel de seminibus communibus frigidis, & similibus, & sic discurrendo in alijs membris est pro-

A cedendum in aegritudinibus ipsorum medicinarum distemperando cum rebus, quae proprietatem, & particularem aspectum habent ad talia membra, semper tamen de predictis illas eligendo, quae cum minori displicentia assumuntur, distemperantur insuper medicinae solutivae quandoque, & maxime lenitivae solummodo cum aqua hordei cum quarimus solum liquefactionem ipsius, & subtiliationem cum abstersione, & ipsius penetrationem. Distemperantur insuper medicinae solutivae, ac etiam lenitivae, & etiam electaria quaedam, quae lambendo assumuntur, dato quod non sint solutivae, cum quibusdam aquis destillatis, cum quarimus quandoque accelerationem exhibitionis, & tempus moram non patitur in tardando, donec decoctio fiat, pluribus de causis. Sunt aquae destillatae, quae communiter sunt in usu ad distemperandum medicinas solutivas, & alias ad lymphandum syrupum, & etiam quandoque per se ipsae assumuntur, & sunt istae, aqua feniculi, aqua maioranae, aqua iuae, aqua salviae, aqua vitis, quae omnes principaliter conueniunt in passionibus frigidis capitis, & nervorum, non solum ratione complexionis earum, sed etiam ratione proprietatis ad particulares aspectus, ad nervos, & ad caput. Aqua autem vini ad alibicum destillata summe confert passionibus frigidis, & humidis capitis bene fricata iuxta commissuram coronalem, est enim multae calefactionis, & exiccationis, subtiliationis, & resolutionis materierum catarhalium frigidarum principaliter in capite contentarum. Est igitur remissiva cuiuscunque malae complexionis frigidae in quocunque membro si vacuo stomacho in mane usque ad tres drachm. assumatur.

C Ultra istas sunt aqua absinthij, & aqua mentae, quae principaliter conueniunt complexionibus frigidis stomachi, & similiter aqua feniculi. Aqua autem v. radicum, & aqua eupatorii, ac etiam aqua absinthij, aqua lupulorum, aqua seminum communium, aqua endiuiae, aqua graminis, aqua fumiterrae, prius conueniunt passionibus hepatis, & similiter etiam aqua florum chamomillae, quae calida est, nodolitatibus, & duritiei hepatis, stomachi, & aliorum membrorum est valde conueniens. Aqua autem capilli ven. aqua hyssopi, aqua prassij, aqua scabiosae, & aqua ungulae caballinae, id est farfarellae, & aqua berbenae plus conueniunt passionibus pectoris, & pulmonis. Aqua autem myrti licet principaliter habeat virtutem constrictiuam sanguinis fluentis a pectore, habet etiam virtutem aliquam aperitiuam, est etiam conueniens superfluo fluxui ventris, & urinae. Aqua autem boraginis, buglosae, melissae, & rosarum, plus conueniunt passionibus cordis: aqua scolopendriae, & tamarisci conueniunt passionibus splenis: aqua autem saxifragiae, apij, parietariae, & aqua seminum communium, & myrti, & caudae equinae, & plantaginis, id est petrunculae, & aqua portulacae, & violarum, & matrum violarum, & maluarum plus conueniunt in passionibus renum, & vesicae. Omnes autem predictae, quae sunt narratae, quaedam sunt calidae, quaedam sunt frigidae, quaedam humidae, & quaedam siccae, ut in tabula simplicium apparebit: sunt illae, quae generaliter habentur in usu ubique locorum, & maxime in lymphando syrupos, uel in assumendo electaria, uel per se ipsas quandoque cum zuccharo, quandoque sine assumuntur. Fiunt

Cc 2 etiam,

Primae decoctio communis.

Alia decoctio.

Documentum pulchrum.

De aqua v. ni.

De aqua myrti.

MESVEDE TROCHISCIS

etiam, & construuntur plures alia decoctiones, quæ in diuersis dispositionibus a diuersis medicis practi-
cantibus habentur in vſu, inter quas ſunt dua princi-
pales, & magis communes. Et prima eſt decoctio fa-
cta cum aqua ſimplici ex quinque radicibus commu-
nibus remota ipſarum medulla addendo cum eis, ci-
cera rubea decoquantur iſta adinuicem, donec quarta
pars ſit conſumpta, iſta decoctio ſic aſſumpta cum
zucch. roſ. vel melle, vel etiam abſque quocumque iſto-
rum eſt maximi iuuamenti in aperiendo omnes oppi-
lationes hepatis, ſplenis, renum, veſicæ, & in ſubti-
liando omnem materiam craſſam phlegmaticam, &
melancholicam, & in reſoluendo ventofitates conten-
tas in quibuſcunque partibus noſtri corporis, & ma-
xime in inteſtinis. Habet etiam, quam pluralia iuua-
menta; quæ tu ipſe conſidera ex virtute cicetum, &
illarum radicum, quæ decoctio ſicut, & alia non po-
teſt conſeruari vltra tres dies. Secunda decoctio. Re-
cip. paſſularum, liquiritiæ, aniſi, fenic. capil. ven. ana
partes æquales, cinnamomi, maſticis, ana drac. j. om-
nia decoquantur in aqua ſimplici, vſque ad quartæ
partis conſumptionem, coletur, & aſſumatur, vt ſu-
pradiſta, quæ eſt lenitiua aſperitatum pectoris, & ali-
qualiter aperitiua oppilationum hepatis. Eſt etiam
confortatiua virtutis digeſtiuæ ſtomachi, ſolutiua vē-
toſitatum contentarum in eo, & in inteſtinis, & ab-
ſterſiua materierum viſcoſarum contentarum in eis.
Et ipſa communiter vtebatur tempore veris Thomas
de Garbo ad dig. rendum materias phlegmaticas, &
maxime contentas in prædictis locis de ipſa dando
drachmas quatuor cum drachma vna ſyrupi roſati,
vel mellis roſati colati, &c. Aqua hordei ſumme com-
mendatur ab auctoribus, maxime a Gal. ſecundo regi-
minis acutorum, & ab Auic. prima fen. quarti. Et
eſt ſublimis, excellens contra materiam cholericam,
ſubtilem calidam: aperitiua oppilationum, prouoca-
tiua ſudoris, & vrinæ, lenitiua ventris, & ſecum ſicca-
rum, prouocatiua ſomni, & extinctiua ſitis. Et, quæ
eſt non colata nutrit, & eſt conueniens acute febrien-
tibus cholericis, & omnibus paſſionibus calidis: mire
etiam conuenit paſſionibus, & pectoris, & pulmonis.
Et cum querimus ſudorem prouocare, prædicta aqua
ſumatur calida, quando vero querimus ſuum extin-
guere, ſumatur frigida. Mel autem deſtillatum eſt
mirabile ad faciendum naſci capillos ſuaues, & lon-
gos vbicunque fricetur in quacunque parte noſtri
corporis, & maxime ſuper caput. Mulieres ex parte
faciunt fricari cutem capitis iuxta radicem pilorum
cum prædicto melle deſtillato, & poſtea contrahunt
moram ad ſolem capite diſcoperto, & in breui tempo-
re capilli multiplicantur, & ſuaui ſiunt. Et hic nota,
quod ablutio faciei facta cum aqua deſtillata fraſi-
nellæ ipſam reddit pulcherrimam, & relucentem, &
claram, remouendo lentigines, & maxime ſi talis lo-
tio fiat cum ea, & farina fabarum. Terebinthina au-
tem deſtillata virtutem habet conſimilem oleo, balsa-
mi, eſt tamen maioris calefactionis, & ſubtiliationis,
& ideo eſt ſumme conueniens agritudinibus frigidis
neruorum, & quibuſcunque alijs agritudinibus fri-
gidis, & ventofis. Et ſuper omnia valet lenitio facta
cum ea ad ſubtiliandum, & decorandum veſtigia, &
cicatrices.

COST. **H**IERA E tertium. Sumendum hic quoque deco-
ctum thymi ſupraſcriptum, quod turbicet, polypo

E diſ, & agarici ratione pituita educet. alioqui hiera ſim-
plex, quam abſoluto hiera nomine intelligere oportet,
præter ſeroſam, vix pituitam aliam educit, licet craſſio-
rem quoque ob aromata attenuare ſecareque, atq; ad
expulſionem præparare apte poſſit.

DISTINCTIO OCTAVA de Trochiscis.

MESVE.



N hac ſeſſione octaua de Trochiscis,
eos præcipue deſcribemus, qui tum
a maioribus noſtris, tum a nobis ſunt
inuenti, quoſq; experti ſumus.

OCTAVA diſtinctio de trochiscis, in qua po-
nuntur multe deſcriptiones trochiſcorum ip-
ſorum vtilitates, & iuuamenta, & licet in eis aliqui
præparati reperiantur, non tamen iſta per ſe ſolum
communiter ſunt in vſu, niſi in quantum ingrediun-
tur compositionem magnorum antidotorum ſeu ele-
ctariorum, vt theriacæ, & ſimilium. Eſt enim trochi-
ſcus rotunda compositio cum quadam depreſſione
ad ſimilitudinem craſſi lupini; ſit etiam quandoque
trochiſcus cum quadam longitudine, & rotundita-
te ad ſimilitudinem pedone ſcaccorum, & vtroq; mo-
do per plura tempora melius conſeruantur: demum
cum queritur vſus ipſorum abſque admixtione alte-
rius electarij puluerizantur, & ſic in puluere aſſu-
muntur cum vino, iure pulli, cum aquis deſtillatis, vel
cum alijs liquoribus conuenientibus, expedit etiam
quod in puluerem reducantur, quando alijs electarijs
admiſcentur, & quia communiter omnes trochiſci
cum de nouo conſciuntur, etiam ſub quacunque for-
ma reducuntur, ſunt ad pondus drac. vnius, ſic cui-
libet de per ſe doſis eſt vſque ad vnam. Et trochiſcus
diſſert a magdaleone, quia magdaleon eſt etiam in for-
ma rotunda, craſſa, longa pōdere communiter cuius-
libet vltra vnc. ii. & ex eis ſunt pilule, quarum virtu-
tes melius in dictis magdaleonibus conſeruantur.

TROCHISCI, vel cyliſci græce, latine paſtilli. a ſi-
gura apud Græcos nomen habere: quorum aliqui
bibuntur, alij inaciuntur, nonnulli inunguntur.

Trochiſci, quod ſignificat ſpſionem, Græcis omnibus, & alio quoque di-
minutio trochiſcorum, quod ſignificat, Democrati dicitur medicamentum
quodvis in formam rotulae, orbiculi, paſtilli, qualis eſt ſemini lupi-
ni, coactum. Eius generis ſunt antidoti cephalica, otica, ophthalmi-
ca, arteriaca, & hypoglotides multe. Trita ſimplicia humore
conuenienti ſubiguntur, & in paſtillos digeruntur vtendi tempore
ex vino, aqua, alio quouis liquore congruenti ſoluti, ebibuntur, vel
admoventur, vel alijs miſcentur. Trochiſci enim, quidam magis
compositionibus miſcentur, vt theriaci, hedychroi, ſcillini theria-
ci in ea dicti, alijs miſcentur, quidam ſumuntur, alij
illinantur, alij inaciuntur. Trochiſcorum ſequentiū vſus eſt ra-
tus, præterquam in magnis compositionibus, vt theriacæ: qui au-
tem ſeorum vſurpantur, puluerati, vt quādo compositionibus mi-
ſcentur, ex vino, vel iure vel aquis deſtillatis, quidam ſumuntur: alij
in cote medica liquore idoneo ſoluntur: alij aliter in viam ve-
niunt, pro varijs ipſorum viribus, varia partu, & vlcera forma, &
ſuis. Sunt autem trochiſci, id eſt rotulae, vel cyliſci, id eſt circuli,
vel aruſci, id eſt paſtilli, ſeu parui panes conſiſtentia dura, forma lu-
pini, aut paulo alio: ponderis ſere drach. i. quo facilis ad dū-
turnam conſeruationem ſecentur.

A R O -